Sigismundus Dei gracia Rex polonie Magnusdux Lithuanie Russie prussie q3 &c dominus et heres. Significamus tenore pncium quibus expedit Vniuersis et singulis
presentibus et futuris harum noticiam habituris Quomodo dum coram nobis controuersiam inter venerabilem petrum Vapowski decanum Eclesie Cathedralis Cracouien et Aduocatum Vyelicien ex vna Et consules Ciui-
tatis Vielicien partibus ab altera occasione differenciaru pro quibusdam redditibus et ortulanijs aduocacialibus subortarum verten complanare ac sopire in equm q3 statum restituere vellemus. partium prefatarum auditis propo-
sicionibus et responsis Talem Sentenciam sic de facto tulimus et promulgauimus vt sequitur vczt Quod consules vielicien super ortulanis aduocacialibus bellicalia et exactios nullas Ciuiles debent recipere preter census si quos
antiquitus soluere sunt obligati eosdem enim liberi recipere debent de eisdem neq3 eosdem ortulanos pignorare et nec mancipare duntaxat Aduocatus dominus eorum eosdem astringere tenebitur istud soluendum quod Ciuitati per-
petuis temporibus soluere obligantur et tenentur antiquitus Anulum autem predicti ortulani nobis cum Ciuitate simul soluere teneantur Item idem ipse Aduocatus vyelicien iudicabit omnes Ciuitatis homines qui ad eius
Judicium confugient Jure commun Ciuili antiquitus seruato presertim qui sunt incorporati Juri Ciuili per litteras predecessorum nostrorum Regum polonie Nulla tamen eidem Advocato singularis in eisdem subiectio com-
petebit. Preterea in Ciuitate nostra vyeliczka Aduocatus Macella iuxta sua priuilegia debet habere libera. Insuper cum Cameras panni edificauerit non alibi pannos vendent nisi in eisdem Cameris aduocato Censu so-
luto Deinde macella penesticarum salis eadem excipiuntur et pro nobis phisco q3 ac arbitrio nostro Regio conseruari ab hinc censebuntur Ex quo super ea nec Aduocatus nec Cives seu Consules vielicien priuilegia ha-
bent Sextus autem denarius census exigatur per aduocatum in nostris subditis vielicien quibuscunq3 sicuti nobis census soluitur. Postremo pro duabus ortulanijs que in vno orto locate et site sunt. Si consules presumserint
docere q(uod) vna eorum sit empcionis ipsorum tunc habebunt et obtinebunt in eadem Jus et obedienciam. Si vero non docuerint tunc aduocatus vyelicien iuxta alias ortulanias habebit et obtinebit eandem Quodquidem decretu
nostrum siue sentenciam in omnibus eius punctis clausulis articulis et condicionibus rat et grat haben robur debite firmitatis decreuimus obtinere. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum
Dat Cracouie feria secunda proxima post dominicam Conductus pasche Anno domini Millesimoquingentesimoundecimo. Regni vero nostri quinto.

Math D. 898
et Canc

Relatio Reuerendi in christo patris dni Mathie
Epi premislien et Regni polonie Cancellarij.

adnotin Decretum R. M.tis inter venerabilem Petrum Vapowsky et consules Wschlinen (?) von ... redditum de novalium advocatia ... et aliis quampluribus illic contentis

Registratum eam

habetur in Donato folio 104

Ao 1511.

38

No 54 Decretum inter Rdum Wapowski et Consules o nabywanie gruntow ex advocatia y pierwszenstwo (?)

Skampski (?)